UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

Busenbaum, Hermann

Coloniæ Agrippinæ, 1714

Quæst. 22. Quænam excommunicatio intelligatur, si simpliciter dicatur, sub excommunicatione: & quid, si dicatur anathema.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42682

Visual Library

»bitare, v. g. excommunicamus talis loci Deca»num, Prætorem.

» III. Licèt dicatur, Excommunicamus Pe»trum, v. g. incendiarium & ejus complices, ſo»lus Petrus vitandus eſt, non verò alii, etſi ſint »notorii, quia ſententia quoad illos, eſt tantùm »generalis & non ſpecialis contra certam per»ſonam.

» IV. Non teneris vitare eum, qui privatim in »conclavi eſt denuntiatus, quia id non eſt fa»ctum publicè, ad hoc enim requiritur, ut ſen»tentia legatur vel affigatur aliquo loco celebri, »v. g. in templo tempore concionis vel aliter »pro more regionis.

ADDENDA.

177. QUæſt. 22. *Quænam excommunicatio intelligitur, ſi ſimpliciter dicatur, ſub excommunicatione: & quid, ſi dicatur, anathema.* ℞. Per excommunicationem ſimpliciter, intelligitur major & non minor, ſic enim habetur Cap. *Si quem*, 59. De ſent. excomm. & hoc ipſum conſuetudo declarat, utì teſtantur plurimi cum *Caſtrop.* d. 2. pu. n. 3. *Dicaſt.* d. 2. n. 23. *Engel* l. 5. tit. 39. num. 2. *Krim.* 1855. Per anathema autem, quo nomine utitur *Trid.* in Canonibus, intelligitur excommunicatio etiam major, ſed ſimul ſignificatur major ſolennitas in ferendo, ſecundùm dicta num. 16.

Obji. In pœnalibus & odioſis benigniora ſunt ſequenda, ergo quando dicitur *excommunicatio* intelligi debet minor & non major. ℞. Benigniora ſunt ſequenda, niſi leges & Canones oppoſitum declarent, utì, ſecundùm dicta, fit in noſtro

noſtro caſu: Unde etiam, quando Cap. 1. *De exceptionibus* in 6. dicitur, *Si quis in judicio excommunicationem opponat, illius ſpeciem declarare debet*, intelligitur de majori, an nempe ſit ex delicto hoc vel illo, ex violatione eccleſiæ, ex percuſſione Clerici &c.

Q. 23. Quid notandum ſit circa eos, qui dicuntur notorie excommunicati, denunciati, vitandi. R. §. 1. 178.
Notorium Juris impropriè dicitur, quod Jus evidenter præſumit ex conjecturis ab ipſo Jure inductis. Notorium Juris propriè eſt, quod notum eſt, vel per ſententiam Judicis, vel per confeſſionem Rei in judicio, vel per teſtium depoſitionem in judicio. Notorium facti eſt, quod notum eſt per magnum numerum perſonarum, vel per majorem partem communitatis, quæ factum evidenter novit: Et de his fusè diſputat *Pignat.* tom. 10. conſult. 115.

§. 2. *Suar.* & alii cum *Dicaſt.* d. 2. n. 425. pu- 179.
tant eum, qui v. g. percuſſit Clericum, eſſe notoriè excommunicatum, & conſequenter vitandum illi, qui vidit eum percutientem quamvis id necdum ſit aliis hominibus notum, ad hoc enim ut vitetur, putant ſatis eſſe, ſi notoriè alicui conſtiterit, quòd percuſſerit: ſed probabiliùs contradicunt *Caſtrop.* d. 2. p. 4. n. 7. *Pignat.* n. 49. & alii, quia *Concilium Conſtantienſe* ait, *ſalvo, ſi quem pro ſacrilega manuum injectione in Clericum, ſententiam latam à Canone adeo notoriè conſtiterit incurriſſe, quod factum non poſſit aliquâ tergiverſatione celari, nec aliquo ſuffragio excuſari*, ergo videtur requirere, ut ſit ſimpliciter notorium, quòd in cenſuram iſtam inciderit, ergo debet multis eſſe notum, ita ut in judicio negari non poſſit: Et cùm hæc interpretatio ſit favorabilis animabus,

præ-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN